in terminis non hîc verſamur, verba propriè
intelligi, ac etiam reſtringi debent, *l. 3. §. hæc
verba ff. de negot. geſt.*

52 † Ac quoque verba generalia non continent caſus diſſimiles expreſſis, arg. *l. ult. de
trit. vino & ol. legat.* Bald *conſ. 195. ſub n. 1. lib. 2.*
Diſſimilia autem planè jura ſunt, exigere ordinaria tributa, & tributa fraudantes confiſcatione, vel alia graviore mulcta punire.

53 † Inſuper verba intelligi debent ſecundum materiam ſubjectam, Bald. *in l. omnes
populi in fin. de juſt. & jur.* At verò propter
54 ſubjectam materiam verba reſtringuntur ad
hunc effectum, ut quis in plus non obligetur,
ſed tantum ſic intelliguntur, ut quis efficacius
ſit obſtrictus, *l miles §. decem.* & ibi not Imol.
& alii *ff. de re iud.* Ruin. *conſil. 111. num. 5. lib. 1.*

55 † Natura porrò Regalium (quibus ut
jam dictum fuit, etiam confiſcatio accenſetur) ea eſt, ut individua ſint & communicari
cum nemine unquam poſſint, nec tranſeant
etiam in caſibus licitis, niſi ubi expreſsè conceduntur. Sixtin. *l. 1. de Regal. cap. 5. à pr.*

† Quin & is, cui ab Imperatore vel Re- 56
ge Regalia ſunt conceſſa, ea viciſſim alii cuiquam abſque concedentis Imperatoris vel
Regis conſenſu, tribuere non poteſt, Peregrinus *lib. 1. de iure fiſc. cap. 2. num. 101.*

Dabey dann aber wir der Billigkeit in
allweg gemeß zu ſeyn erachten / daß gemeiner
Stadt W. dieſes / ſo durch ein / oder deß andern
liſtige Practic thuen an der jährlichen Burgerlichen Beth abgangen oder hinderhalten / anjetzo nach befundener Sachen Bewantnuß zugeſtelt oder ergentzt / hingegen allein dieſes / ſo
als ein Straff oder confiſcation genommen /
der Herrſchafft verbleiben thue. † Aliud nam- 57
que eſt, petere reſtantia tributa, & quæ quis
ſolvere debuiſſet, aliud ultra ea punire callidas machinationes, quibus aliquis tributorum exſolutionem debitam defraudavit. Illud enim damni & intereſſe nomine venit, de
eoque loquitur Thomatus, *de collect. pag. 179.
& ſeqq.* Ubi tradit: † quod is, jure colle- 58
ctandi qui utitur, collectas actione perſonali
ſimul ac reali petere queat, ſi bona in æſtimo
ſint deſcripta. Si verò omiſſa repetiantur,
competere ſolum hypothecariam actionem,
ratione collectarum non ſolutarum. † Eas- 59
que actiones omnes ii inſtituere poſſunt, qui
commoda percipiunt collectarum. Hoc verò cum redoleat pœnæ perſecutionem, non
pertinet niſi ad eos, quibus competit Ius Imperii meri, ac confiſcationis.

† Weiter vnd fürs Dritte / ſo gebührt 60
allhier der Herrſchafft vigore der Lands Oberkeit / auch dieſes / daß ſie in caſu neceſſitatis,
ohne Abbruch offt angezogenen Vergleichs /
etwann ein extraordinariam collectam von
dieſer ihrer Landtſtadt erfordern können: Weil
bevorab durch ſolchen Vertrag allein die jährliche Burgerliche Beth gemeine Statt W.
gelanget / hingegen aber bleibt der Herrſchafft
in prædicto neceſſitatis caſu ein extraordinariam collectam einzuforderen bevor.

† Cùm quippè interdùm urgentes cauſæ 61
& publicæ incidant neceſſitates, quæ longè
majores deſiderant expenſas, ob quas Principes & Reſp. extraordinarias impoſitiones, præter morem, ad certum tantummodo temporis ſpatium indicere queunt: arg. *l. 1. C. vect.
nov. inſtit. non poſſ.* † Eamq; poteſtatem Rega- 62
libus, ſummoque juri adſcribunt Dd. Bocer.
de collect. cap. 1. num. 20. & cap. 4. à pr. item *cap. 5.
num. 7.* Wintzler. *obſerv. 2. & 3.* † Et tunc in 63
foro conſcientiæ ſubditi non ſunt excuſati, ſi
tales collectas &c. detrectent, aut circumveniant fraude, Molina *de iuſt. & iure tom. 3. diſp.
674.* Covarruv. *ad c. peccatum § 5.* conſentit
Dn. Polycarp. Leyſer im Regentenſpiegel.
in der Predigt am Anfang deß Landtags / *fol.
228. &c.*

64 † Ac viciſſim ad tributorum extraor-
dinariam exactionem, nunquam eſt perve-
niendum, niſi neceſſitas urgeat ſumma, Mo-
65 lina *de juſt. & jure tom.3. diſput.667.* † ſi Prin-
ceps non exactor, aut populi hirudo, lupus
rapax, homicida pauperum & harpya velit in-
digitari, Althuſ. *polit. cap.11. num. 25.* Klock. *de
contribut. theſ. 46.* videatur omninò conſilium
Dn. Joh. Brentii, *quod eſt inter conſilia Theolo-
gica Dn. Felicis Bidembachii decad.6. conſ.9.*

66 † Cauſa ergò impulſiva debet eſſe ſin-
gularis Reipubl. ſive pacis ſive belli, commu-
nis neceſſitas quædam: Althuſ. *polit. cap.13.
numer. 2.* De quibus pluribus agunt Molina
de Iuſt. & Iur. num. 66. Lather. *de cenſu lib. 1.
cap 4.*

Es ſeynd aber beſchließlich dieſe collectæ
extraordinariæ, ceſſante cauſa, wider abzu-
67 thun. † Sic enim dicit Juſtinianus noſter *in
l. 1. C. de caduc. toll.* quod belli calamitas in-
troduxit, hoc debere pacis lenitatem ſopire,
Lud. Molina *de Iuſt. & jure tom. 3. diſput. 667.*
Vasquius *de ſucceſſ. progreſſ.1. in præfat. num. 68.
& ſeqq.* Auch nicht ohne Handlung mit ihren
Unterthanen/ vnd remonſtration der allge-
68 meinen Nothturfft anzuſtellen. † Nam & in-
terpretum juris commune eſt concluſum,
eum, qui jus collectandi habet, non impera-
re, ſed impetrare debere collectas. Violen-
tiam omnem abeſſe, & ſuaſionem principem
locum obtinere decet. Winzler. *de collect. obſ.
5. à pr. & num.7.* poſt alios à ſe allegatos Hœ-
non. *diſp. pol.5. th.90. fol. 290.* Bocer. *de collect. c.
4. num. 8.* Dn. Bachov. *ad Treutler. diſp. de novi
oper. nunc. theſ.9. lit. c.*

Quæſtio III. & IV.

Bey dieſen Fragen köñen wir auß allen
Vmbſtänden/ ſonderlich nach Anleitung ſub
lit. B. vberſandter Rechnung / anders nicht
69 ſchlieſſen / noch befinden / † dann daß vber
die 622. fl. ſo Conrad S. an der gewöhnlichen
jährlichen Beth wider alle Gebür zu wenig er-
ſtattet/ welche Summ auch wie bereits hieoben
Erinnerung beſchehen / der Statt W. billich
gehörig/ vnd gutgethan werden ſoll/ deſſen Er-
ben noch ferner von der Herrſchafft / da man
den ſtrengen Weg gegen ihnen verfahren mit
confiſcation bonorũ incenſitorum geſtrafft/
oder doch auffs wenigſt mit einer anſehnlichen
Geltbuß pro arbitratu belegt werden können.

70 Dabey aber vorderſt zu wiſſen / † quod
in exactione tributorum, & pœnis contra
non ſolventes ſeu fraudantes, ſi de hoc lex
quædam Municipalis vel ſtatutum extet, illa
omnino ſervanda ſit, prout dicit Bald. *in l. 1. C.
71 ſi propt. penſ.* † Aut etiam circa hoc conſue-
tudo loci eſt obſervanda, Bart. *in l. inſti. C. de
exact. tribut. lib. 10.* Göden. *conſil. 10. de collectis
num. 9.*

72 † Quin & ubi conſuetudo ſpecialis aut
lex diſponens non apparet, recurritur ad con-
ſuetudinem vicinam, Dd. *in cap. cum olim.
de conſuetud. & c. ſuper eo, de cenſib.* facit *cap. ex
parte & c. ſopite. de cenſib. cap. dilectus de Capel-
lis Monach. cap. contra morem 100. diſtinct.* Hinc 73
& dici ſolet: Daß in allen Landen / die Elte-
ſte Stadt deß Reichs ein Haupt ſeyn ſoll deß
Rechten / ꝛc. Weichbild. *art. 12. in pr.* gl. † Et 74
quod conſuetudo viciniæ non ſit ſpernenda,
ſed id quod verius, amplectenda, probat gloſſ.
in c. ſuper eo. de cognat. ſpirit.

Die gemeine Rechten aber anlangendt /
wird von den Doctoribus faſt in gemein da-
von geſchloſſen / † quod contra eum, qui bo- 75
na publicis collectis & exactionibus obnoxia
non profitetur, actio commiſſi exerceri, ea-
que confiſcari queant, prout in terminis ita
concludunt, & in utramque partem diſpu-
tant Göden. *conſil.10.* Matthias Colerus *conſil.
42.* Georg Everh. *conſil. 3. tom. 1.* & poſt Fach-
ſium, Thomas Maulius *tract. de homag tit. 9. n.
136. & ſeqq.* Franciſc. Pfeil *conſil. 191.* qui alios
plures antiquiores adducunt, & Pfeilius etiam
libellum formai, quomodo contra talem de-
fraudatorem commodè agi poſſit.

Vnd dieſe Meinung mit wenigem zube-
ſtercken / ſo iſt Verſehens Rechtens † quod 76
tributa non ſolventes, translationem domi-
nii rerum ſuarum patiantur, ſi ſunt Laici, per
l. placet C. de ſacroſanct. Eccleſ. ibi: nulla trans-
latione, & *l. de iis. C. de Epiſcop. & Cleric.*

† Excipiuntur enim ibi bona Eccleſia- 77
rum, & includuntur bona Laicorum, quoad
translationem dominii rerum propter tribu-
ta non ſoluta, ut ibi. Idem probatur per *l. fin.
de exact. tribut. lib. 10.*

† Sic & quod propter profeſſionem rei 78
tributariæ, res cadat in commiſſum ipſo jure,
arguit *tot. tit. C. ſi propter publicas penſit.* Bart. &
Salicet. *in l. fin. C eod.*

† Nemo autem dubitare poteſt, quin 79
omnes leges antiquæ, loquentes de tributis,
etiam hodie adhuc locum habeant. † Nam 80
licet (propriè loquendo) onus tributorum
ceſſaverit, ex quo deſiit eſſe Romanum Impe-
rium eo modo, quo tempore illarum legum
fuerat; attamen Domini terrarum, & civita-
tes imponunt alia quædam onera, ad ſimili-
tudinem antiquorum tributorum: veluti col-
lectas, ſteuras, & alias penſitationes, quæ pa-
riter redactæ ſunt ad munera ordinaria, &
ſucceſſerunt in locum tributorum, ut docet
Bart. *in repetit. d. l. placet. num. 15. & 35.* ibidem-
que Paul. de Caſtro *col. 2. & num. 45.* nec non
alii *C. de SS. Eccleſ.* & plures ad hoc citat Nico-
laus Feſtaſ. *tract. de Collect. part. 2. cap. 1. num. 7.
31. & ſeqq.*

† Proinde etiam in iſtis ſubrogatis, Ju- 81
ra illa antiqua de tributis loquentia, hodie
procedunt, ut aperte ſentit Baldus *in d. l. pla-
cet. col. 2. & in cap. cum veniſſent. num. 6. in fin.
extr. de eo qui mitt. in poſſ.* Jaſon *in l. filiusfam.*

§. Divi.

§.*Divi.in 1.lect.num.78.& 79.ff. de leg.* Quod &
placet Henn. Goden. *d.conſ.10.num.9.& 10.*
82 Accedit, † quod fraudator gabellarum
perdit bona, de quibus gabellas non ſolvit;
adeo quidem, ut id, quod commiſſum eſt, ſta-
tim deſinat eſſe ejus, qui crimen contraxit,
dominiumque rei vectigalis fiſco acquiritur,
prout eſt textus clarus *in l. commiſſa verb. ſtatim*
83 *deſinat. ff. de public.* & ibi Bart. refert, † quod
tranſeat ipſo jure, Bald. *in l. neque. C. de vecti-*
84 *gal. & commiſſ.* † Certum enim eſt, quod,
quandocunque lex privat quem jure, vel do-
minio ſuo, per vocabulum mox, vel ſtatim
amittat: dominium dicatur perdi ex parte de-
linquentis, & tranſire in fiſcum ipſo jure, ſe-
85 cundum Bart. *in l. Imperator de jure fiſci.* †
Adeò etiam ut non ſit opus aliquo ordine,
vel proceſſu judiciario, ſecundum eundem
Bart. *in l.1. num.2. circa med ff. judic. ſolvi per l.*
momentaria. C. unde vi.
86 † Et idem quod de gabellis, illud & de
collectis expreſsè ſentit Bertachin. *in tract. de*
gabell. in 9. & ult. part. ſub num. 12. dum ibi quæ-
rit, an gabellarius poſſit vendere res, quæ in-
ciderunt in commiſſum, quemadmodum hoc
poteſt fiſcus? & reſpondet quod ſic, per *l. cre-*
ditor. §. 1. cum ibi not. per Bart. *ff. de act. empt.*
87 ſubdens, † quod poſſit eas vendere etiam ei-
dem, cujus ante fuerunt, hoc eſt, quondam
domino, qui fraudavit gabellam, per *l. fin. in*
pr. & l. cotem ferro. §. eam rem. ubi Bart. *ff. de pu-*
blican. cum aliis, ut per eum. Qui paulò poſt
88 ſubdit: † idem dicendum eſt in bonis, de
quibus non fuit ſoluta collecta, quæ ſolvi de-
buerat, juxta *l. 1.* ubi gloſſ. & Bart. *C. de vend.*
rer. fiſc. l. 10. Bald. *in l. fin. in med. C. ſi adverſ.*
89 *fiſc.* formaliter inquiens, † ſicut pro tributis
& collectis bona poſſunt vendi; ita etiam pro
pœnis incurſis, ex eo, quod tributa vel colle-
ctæ non fuerunt ſolutæ.
90 † Vnd obwol den jenigen / welche die
auffgeſetzte Türckenſtewr / zuentrichten ſich
vngehorſamlich widerſetzẽ / mehrers nicht / als
ſub pœna duplici imponirt würd / R. A. de A.
66. §. Derowegen haben & de A. 76. §. nach-
dem & ſeqq. & de A. 82. §. Vnd nachdem. &
ſeqq de A. 94. § darüber & de A. 98. §. darge-
gen aber. Symphorem. Supplic. *tom. 1. p. 1. tit.*
2. fol. 58. & ſeqq.
91 † Jedoch ſeynd angezogene conſtitutio-
nes, nicht von jenigen / welche ſich an der
Stewr zu gering profitiren, ſondern ſpecia-
tim von denen begriffen / ſo die auffgelegte
Türckenſchatzung zuentrichten ſich verweige-
ren. Darumb auff gegenwärtigen Fall gar
92 nicht zuziehen: † cum maximè conſtet, jus
ſpeciale poſterius minimè derogare legi anti-
quiori generali, & è contra, *l. 41. de pœn.* Mo-
dirius *in §. Lex. dubit. 9.* Geſtalt dann im R. A.
93 de A. 1544. §. doch ſollen ꝛc. verſehen / † wür-
de einer vnter den Vnderthanen ſein habendes
vermögen nicht gebürlich anzeigen / daß er nach

groſſe oder kleine ſeines Verſchweigens / vnd
nach Geſtalt deſſelben / vnnachläſſig zuſtraffen.
Welches dann alſo zuverſtehen / ut delinquens
puniri poſſit, prout de jure tantum reperi-
tur.
† Ac ſpeciale portò eſt in cauſa fiſci ſeu 94
Cameræ, quando debitum eſt liquidum, ut
procedatur ex officio per viam inquiſitionis
ſummariè & executivè, *l. vacantia.* ubi per il-
lum textum notat gloſſ. Bart. Angel. & Luc. de
Penna *in col. 2. in pr. C. de bon. vacant.* Bald. *in l.*
1. col. 2. propè fin verſ. item procedendo de facto. C.
de hær. vel act. vend.
Quæ omnia pluribus firmat Matthias
Colerus, *ſupra d. conſil. numer. 48. & ſeq.*
Vnd iſt ſonderlich in dieſem Fall in con-
tinenti zu belegen / daß obgedachter Conrad
S. mit Anzeigung ſeines Vermögens / dolo-
sè vnd hochſträfflich gehandlet / auch gemeine
Stadt / vnd sein Herrſchafft betrüglich hin-
dergangen / darumb in keinen Weg geſagt
werden kan / † quod ut aliàs regulariter ig- 95
norantia præſumitur, *c. præſumitur. de R. I. in 6.*
& excuſat. *l. quicunque. C. de ſerv. fugitiv. l. 1. ff. de*
receptat. Bald. *in l. error. in 2. quæſt. C. de iur. &*
facti ignor. Ita & id quoque fieri debeat hoc in
caſu.
Quod item quælibet cauſa etiam inju- 96
ſta, dummodo colorata, abſque contemptu
Magiſtratus, relevet aliquem à mulcta, gl.
in l. un. §. fin. ff. ſi quis ius dic. non obtemp. quam
ibi ſequitur Bald. Angel. Salicet. & Jaſon. *n.*
24 & n. 28. cum ſeqq.
† Allegata enim regula procedit tan- 97
tum in dubio præſumptivè, ſed quandò ma-
jor præſumptio militat in contrarium, tunc
regula invertitur, & ſcientia præſumi ſolet.
per gloſſ. & Dd. *in d. c. præſumitur.*
Deinde procedit id tantum in eo, qui
ſcire non tenetur, ſecùs in eo, qui ſcire tene-
tur. † Nam ex quo tenetur ſcire, præſumi- 98
tur etiam quod ſciat, juxta notata per gloſſ. &
Dd. *in d. cap. & in l. iuris ignorantia C. qui admit-*
ti. Menoch. *conſil. 82. num. 176. lib. 1.* † Verùm 99
quilibet civis non modo tenetur & præſumi-
tur ſcire vires patrimonii ſui, *l. quisquis 15. cum*
concord. ut ibi per gloſſ. & Dd. *C. de reſcind. ven-*
dit. Sed etiam tenetur ſcire quid & quantum
de omnibus fideliter ſolvere debeat tri-
buti.
So iſt auch allhie der Betrug handgreiff-
lich / in dem der S. vnd ſein Ehefraw nam-
haffte Summen Gelds in frembde Ort trans-
ferirt, auch ſtarcke Außleihungen auff ein fal-
ſchen Namen ſtellen laſſen / vnd auff erinnern
ſich der Gebür verweigert.
Auß dieſem / was anhero deducirt, thut
noch ferner vnzweiffentlich erhellen / † daß ob- 100
gleich er S. nicht mehr im Leben / dannoch wi-
der ſeine Erben anjetzo die confiſcatio fürge-
nommen / oder ſie ſonſten härtiglich geſtrafft
werden können.

Angeſehen jetzt angezeigter maſſen die vnprofitirte Güter gleich ipſo jure in commiſſum gefallen.

† Necitem pro hæredibus facit, quod
101 actiones ex delictis non tranſeant adverſus
hæredes, niſi lite cum defuncto conteſtata.
l. un. Cod. ex delict. defunct. l. omnes 26. ff. de obl. & act.

102 † Quia reſpondetur, contraria procedere in caſu, quando ad hæredes nihil pervenit; ſecùs eſt, ſi ipſi locupletiores facti ſint; & res adhuc extet. *d. l. un.* & facit §. *non omnes Inſtit. de perpet. & temp. act. l. furti. ff. de furtis.* Bona vero commiſſa, ubi Fiſcus jus reale habet, planè ſunt in manu hæredum.

103 † Et ne per mendicata ſuffragia eatur: textus ſunt ad hoc propoſitum clari & in terminis, quod crimen fraudati vectigalis etiam afficiat hæredes, & ad eos, commiſſi ratione, transmittatur. *l fraudati vectigalis. & l. ſi publicanus. 4. ff. de publican. & vectigal.*

104 † Valet autem in Jure argumentum à vectigalibus & gabellis ad collectas ſive ſteuras, ut & innuimus jam ſuprà, a quoque patet ex traditis per Dd. *in l. locatio. §. earum rerum. ff de publican.* Bald. *in l. 1. & 2. C. nova vect. inſt. non poſſ.* expreſſè Corn. *conſil. 199. num 18. vol. 1.* & Boſſ. *in tit de angar. n. 4.* Et ita ſentit quoque his ipſis noſtris in terminis Georg. Everh. *conſ. 3. num 46. & c. vol. 1.*

Et iſtam conſequentiam expreſſè & in terminis facit Bertachin. *in tit. de gabell. pag. 9.*
105 *& ult. n. 10. & 12.* In ſumma dicens, † quemadmodum res, de quibus non eſt ſoluta gabella, incidunt in commiſſum, & à Fiſco vel gabellario vendi poſſunt, vel vendicari etiam ab hærede fraudantis mortui: Ita etiam bona, de quibus non fuit ſoluta collecta, quæ ſolvi debuerat; quam in rem etiam jura, & auctoritates adducit.

Quæſtio V.

Ob wol allhie geſagt werden möchte/
106 † quod tranſactio, ſimilisq; conventio, conſenſu non ſolum mutuo, ſed & actu contrario diſſolvatur: quemadmodum etiam *in l. 14. C. de tranſact.* reſcribitur: ſi diverſa pars contra placitum agere nititur, æquitatis ratio ſuadet, refuſa pecunia (cùm & tu hoc deſideras) cauſam ex integro agi.

Jedoch wird von den Rechts-Gelehrten in dergleichen conventionibus darfür gehalten/
107 † quæ non ſtatim propter inobſervantiam unius partis agi poſſit ad reſciſſionem, ſed potiùs ad implementum vel id quod intereſt.
108 Quemadmodum etiam tradi ſolet: † quod quando reus implevit promiſſa quantum potuit; tunc actori non competit condictio ob cauſam ad reſolvendam transactionem, ſed debet agere actione præſcriptis verbis ad obſervantiam. Bolognet. *ad l. ſive apud acta. C. de tranſact. num. 57.*

† Et ſane in contractibus nominatis 109
contra non implentem contractum ex parte ſua, non poteſt agi condictione ob cauſam ad reſcindendum contractum, tanquam eam non impletam, ſed agitur potiùs actione ex eo contractu, ut effectualiter impleatur, *l. incivile.* ubi notat Paul. de Caſtr. *C. de rei vindic.* plenè per Jaſ. *in l. ſi pecunia ff. de condict. ob cauſ.* Idem & adhuc magis dicitur, ſi (ut hîc) tali contractui innominato adjecta eſſet ſolennis ſtipulatio. Bald. *in l. quamvis. Cod. de tranſact.* Jaſ. *in rubr. ff. de V. O.*

So können wir auch vnſers theils noch zur Zeit kein ſolche Vrſach befinden/ warumb die zu W. ihrer einmal per contractum erlangten Gerechtigkeit verluſtigt werden möchten. Weil jeniges ſo diß Orths mit vngebührlicher vmlegung der Steuer oder in ander Weg fürgeloffen/ quoad futurum durch anſtellende inſpection, davon in prima quæſtione gehandelt / vnd die Herrſchafft fürzunehmen wol befugt iſt/ letzlich vermitten vnd gehindert/ zumal die zu W. mit andern rechtmäſſigen Mitteln/ ad implementum ihrer Schuldheit/ & præſtandum id, quod intereſt, gezwungen werden können.

Dabey wir dann zuvorderſt auch dieſes in obacht ziehen/ daß angedeut einmal erlangte Gerechtigkeit die gemeine Stadt/ & ita Univerſitatem quandam concernirt: Angeſehen Schultheiß/ Burgermeiſter vnd Rahtsverwandte zu W. für ſich/ ihre Nachkommen vnd gantze Burgerſchafft/ dieſen contract oder vergleich getroffen. Et ita omnibus & ſingulis ut univerſis, diß Orths ein Jus acquirirt worden/ welches Burgermeiſter vnd Raht/ oder andere Adminiſtratores, Duumviri & decuriones, neque delinquendo, vel promiſſa minus diligenter adimplendo, in præjudicium gemeiner Stadt/ mit nichten verwürcken können.

Nam & alias dici ſolet, Univerſitatem 110
non poſſe puniri, ſi pauci delinquant, cùm in Univerſitate maximè majori, multi ſint innocentes, multi in utero exiſtentes, quibus Jus à majoribus quæſitum non poteſt auferri, & teſtatur Oldendorp. *tract. de æquitate. tit. 14.* neque Bartolum, neque ullum unquam Iuris peritum tentaſſe contradicere huic divinæ rationi.

Certum quidem eſt, † Univerſitatem de- 111
linquere poſſe, nec tamen ea deliquiſſe intelligitur, niſi univerſus populus cum capite & membris, convocatis univerſis civibus per ſonitum campanæ, tubæ vel alium conſuetum modum, habito prius conſilio, ex propoſito & unanimi conſenſu congregatus fuerit, & quid committendum concluſerit. † Si 112
enim ſolus populus vel plebs delinquat ſine aſſenſu regentium, excuſantur regentes, & ſeditioſus populus punitur, imò præcipua potius rebellionis capita: † Magnanimi enim 113
viri eſt, rebus agitatis punire ſontes, multitu-

dinem

dinem conſervare. Cicero *lib.1.offic.* Facit hûc *c. Romana. §.in Univerſitatem.de ſentent.excommun. in 6.* Meichſner. *tom. 4. deciſ. Camer. in cauſa* Teutſchmeiſter *contra* Heilbronn/ *dec 22 num.97. fol.698* † Quod ſi ſoli delinquant
114 Conſules, nec per illorum deductum gravabitur univerſitas: non enim ad delinquendum conſtituti ſunt, ſed ad ritè adminiſtrandum. Farinac. *in prax.Crim.lib 3.tit.4.quæſt.24. num.130.* Bart. *in tract.de ſedit.§.7.num.13.* Mynſing. *4. obſerv.79.* Maſcard. *de probat. concluſ. 1421. num.9.*

† Peccata enim debent tenere ſuos auctores. *l. ſancimus. Cod. de adult.* † nec alienus dolus vel deſidia alteri nocere debet. *l. ſi Procurator. ff. de doli except. & l. electus. §.fin. ff. de noxal.act.* † Nec alterius colluſione aut inertia alterius Ius corrumpi. *l. ſi pariter. ff de liber. cauſ.* † Nec rem, quæ culpa caret, in damnum venire convenit, *cap. 2. de conſtit.* † nec dolus eis qui non ſunt in culpa, imputari debet, *c. ſi compromiſſarius. de elect. in6.* † Sed ei duntaxat nocere, qui eum admiſit, *l qui a debitore. ff. quæ in fraud. credit. l.pen. ff. de tab. exhibend.*

Vnd hat allhie die gemeine Burgerſchafft/ ſo auch damit intereſſire, vermuhtlich nicht gewuſt/ daß die Adminiſtratores mit dieſer Beth vngebürlich handlen/ auch ſolches nicht præſumiren ſollen.

Quæſtio VI. & VII.

Bey dieſen Fragen ſeynd wir erſtlichen der Meinung / † daß es zwar in arbitrio der Obrigkeit ſtehe/ dieſe ſtrittige Erbſchafft durch verordnete Curatores noch etlich Zeitlang verwalten zu laſſen / oder den angebenen Erben auff gnugſame caution einzuhändigen. Jedoch weren wir vnſeres Theils mehr dahin inclinirt, daß diß Orts beyderley Erben willfart/ vnd da ſie gnugſame caution erſtatten können/ ſolche Erbſchafft jhnen behändigt werden ſolle.

† Quamvis enim vulgò dicatur, præſumi hominem vivere uſque ad centeſimum annum, & quod mors non præſumatur. Maſcard *lit. M concl. 1074.* nec etiam unico teſte, ſed duobus debeat probari: ſicut in terminis ſcribit Jaſon. *in l fin. in fin. C. de SS. Eccleſ.* Felin. *in c. quoniam frequenter §. porrò. col. fin. ut lite non conteſt.* Ant. Gabriel. *lib.1. concl. tit. de præſumpt. concluſ.16. in fin.*

† Hæc omnia tamen dependent ex Judicis diſcreti arbitratu, prout eruditè Menochius animadvertit *6. præſumpt.49, num.28.* ubi inter alia ita ſcribit: ponamus, jam diu aliquem abeſſe, & ignorari an vivat vel non: & petat agnatus ejus ſucceſſionem, aſſerens illum præſumi deceſſiſſe. Hoc in caſu prudens judex perpendet atque conſiderabit primùm, nunquid de abſentis vita vel morte præſumptiones & conjecturæ aliquæ deductæ ſint. Et tunc pro ſui arbitrio ſequetur conjecturas, quæ ſibi videbuntur validiores: cùm non ſolùm præſumptiones, ſed & probationes propriæ ſint in ejus arbitrio. Si verò nihil de vita vel morte deductum, probatumque ſit à contendentibus, judex ſuo ex officio poterit perquirere cujus eſſet ætatis ille abſens, quando abeſſe cæperit? quâdiu abſit? quo in loco profectus ſit: & ſi in caſtris, an multi in conflictu deceſſerint: ſi verò navigavit mare, an, qui cum eo profecti ſunt, reverſi ſint vel non &c.

In dieſem Fall aber wirdt die faſt 30. jährige abſentia, vnd daß der abweſende entzwiſchen weder ſelbſt ſich eingeſtellt/ oder etwas in ſein Heimat entbotten/ da er doch wolbegüterte Eltern daheim gehabt/ billich für ein zimliche ſtarcke Vermutung ſeines abbleibens gehalten.

† Et ita etiam ultra alios Robert. Ma- 125
rant. *in repetit.l.is poteſt num 145. ff. de aqu. hær.* firmat, mortem etiam probatam cenſeri, quando quis per orbem cæpiſſet vagari, & poſt quinquennium contingit de ejus morte dubitari, licet plena notitia non habeatur, † tuncque iſtis probatis, per prætendentes
intereſſe legitimum admitti poſſe ad abſentis 126
hæreditates, ſive bona: cùm non tractetur de præjudicio irreparabili, prout de matrimonio, vel quando quis imputaretur de homicidio, quia tunc debet plenè, & non per conjecturas probári mors. Et ita decidit quoque in terminis Ioſeph. Ludovic. *dec. Peruſ: 30. num. 3. & ſeqq.* ac etiam Vivius *deciſ. 243. num. 7.*

Wie nun aber dieſe conjecturæ mortis bey vns ſo viel ſchaffen/ daß derohalb die Erbſchafft auff caution herauß zu geben: Als können wir ſelbige dieſer Erhrblichkeit nicht befinden / daß deßwegen offtermelte Güter deß abweſenden Michaels K. Mutter / Bruder / von einem Band/ Weitprecht S. allein zuzuſtellen / vnd deſſen Vatters Bruder von beyden Bänden / Joſt K. davon außzuſchlieſſen ſeyn möchte.

Dann obwol etlicher maſſen zuvermuhten/ es ſeye der Michael K da er nicht mehr im Leben / vor ſeinen vnlängſt verſtorbenen Eltern abgelebt; Auff welchen Fall der Mutter Bruder alles empfangen thäte. So iſt jedoch
ſolches noch vngewiß / † vnd müſte ſelbiger 127
das fundament ſeiner intention, es ſeye nemblich Michael K. vor ſeiner Mutter verſtorben/ præciſè erweiſen / per tradita Ioſeph Ludov. *deciſ Peruſ.12 num. 1.* ubi ait: eum, qui in morte alicujus, fundat intentionem ad illam probandum omnino teneri: cùm habeat contra ſe præſumptionem, quæ militat pro vita.

Et ſic notatum reperitur in practica Maſuer. *tit. 16. de probat. ad num. 26. verb. mor-*
tuum. † quoties quis dicit, ſe eſſe hæredem, 128
propter mortem alterius, qui ſibi obſtaret, ſi viveret, debet docere de ordine mortui, ſcilicet quod ille, qui haberet obſtare, ſit

primò

ptimo mortuus, conſentit Bald. *conſ 145. vol. 5.*
130 † Sicut ille, qui dicit, ſe eſſe hæredem propter
mortem alterius ex ſubſtitutione, debet pro-
bare, caſum eveniſſe. Et ita etiam in termi-
nis decidit Additionator ad Lecturas Martini
Vranii *in cap. tam literis extr. de teſtib. num. 21. & ſeqq. fol. 236.* Ubi planè cum noſtro ſimi-
131 lem caſum proponit, & ita ſcribit, † Fratres
aliquot germani & conſanguinei, hoc eſt, ex uno duntaxat & utroque latere conjuncti, fratrem habebant, opificii cauſa, & interdum etiam in bello ad 20. circiter annos peregrè foris verſantem & abſentem, dubii, an adhuc eſſet ſuperſtes vel non, de cujus etiam vita & morte fama erat incerta, imò ferè nulla. Hujus igitur bona ſub curatione exiſtentia fratres conſanguinei, hoc eſt, ex uno tantum latere lineæ paternæ conjuncti, allegando ipſius mortem præſumptam, vivo adhuc patre petebant, propoſita actione in judicio quodam, & oblata cautione, ſi fortè ipſum redire contingeret. Econtra fratres Germani utrinque conjuncti, vitam abſentis ad centum usque annos jure præſumptam, & quod pater cenſeatur præmori filio, urgebant, & adhuc alia, quæ intentioni ipſorum inſervire putabant. Quærebatur quid juris? Ego certè Germanorum cauſam potiorem eſſe multis jurium fundamentis, patrocinio ſuſcepto, defendi, & tandem appellatione interpoſitâ coram Conſiliariis cujusdam Principis magni nominis inter Principes Romani Imperii, obtinui. Namque hi fratres conſanguinei actores, non poterant docere ordinem mortui, ad quem tenebantur (cujus contrariam probationem quidem in reos transferre omni ingenio, omnibusque nervis moliebantur, ſed fruſtrà) nec ullo adminiculo famæ, mortuum ſcilicet eſſe fratrem ante patrem, ſuffulti erant. Ideò non immeritò illos ſuccumbere neceſſum fuit. Hactenus ille.

132 † So iſt auch nicht vngewohnt / ſondern thut ſich manchmal begeben / daß einer erſt nach vielen Jahren wiederumb anheimb gelanget / vnd inzwiſchen durch Gefängnuß oder in andere Weg verhindert / ſeinen Zuſtand zu berichten / nicht Gelegenheit hat: quemadmodum etiam atteſtatur Menoch. *proximè d. loco.*

Sonſten iſt die duplicitas vinculi, da mit dem Abweſenden beyde ad hanc hæreditatem aſpirirende verwandt / allhie nicht anzuſehen: † Cùm abſens neque fratres, fra- 133
trumque liberos relinquat, nosque ita in tali caſu verſemur, ubi ſola proximitas gradus conſideratur, nec diſtinguatur, an hæredes ſint ex uno vel utroque latere conjuncti, *auth. poſt fratres C. de legitim. hæredib.* Schneidevv. *ad tit. de hæredit. quæ ab inteſtato in 3. ordine ſuccedendi. num. 31.* Fichard. *conſ. 91. & 93.*

Quæſtio Octava & ultima.

Bey dieſer Frag wird villeicht das füglichſte Mittel ſeyn / daß weil Weitprecht S. per ſupra deducta, auff caution auch zu dieſen Gütern zuzulaſſen / ihme hievon nichts geſolgt werde / er habe dann zuvor dieſes / ſo er bey handen / wider in gemeine Erbſchafft eingeworffen. Da er auch ſolches zu thun verweigert / wird ſeldiger vor ſeiner Obrigkeit beklagt werden müſſen.

† Si enim perſonali actione adverſus 134
eum experiundum eſſet, oportet ut hoc in loco domicilii fiat. Si autem realis inſtitueretur, itidem hoc in loco, ubi res invenitur, & detentator commoratur, fieri debet, per jura vulgata.

Dann einmal wir in keinen Weg ſehen können / mit was Schein ein Mandatum ſine clauſula wider ſein Weitprechts Obrigkeit / außgebracht werden möchte. Es wolte dann ſelbige die Juſtitiam denegiren: Angeſehen ſolche Obrigkeit nullo prætextu gezwungen werden kan / daß ſie ſich ihrer gebührenden Jurisdiction in ſuum ſubditum, remque in ſuo territorio exiſtentem, entſchlagen thue.

Was aber für ein action oder remedium Juris wider ihne Weitprechten fürzunehmen / können wir derentwegen nicht eigentlich anzeigen / weil quo Jure vel titulo er ſtrittige Gelder oder andere ad hanc hæreditatem pertinentia bona zu handen bekommen / vns verborgen / ob nemlich ſolche für ein depoſitum, donation, oder anders dergleichen / zu achten / Item / ob man nomine der Erbſchafft / aut verò Fiſci agiren / vnd dieſe Güter als commiſſa anfallen wolle. Wie in gleichem / ob die corpora deſſen / ſo er Weitprecht von dem Schimmel oder ſeiner Ehfrawen empfangen / noch enthalben: Welches alles in eligendo genere actionis wol betrachtet werden muß.

Actum in Collegio noſtro, den 25. April. An. 1629.

Conſi-

Conſilium XCII.

De intellectu §. Waer twe in echtſchap/ꝛc. *Juris Friſiaci* tit. de pact. dotal. lib. 2. *Item* §. So ein Mann offte Frowe. *tit.* von Penning Schuld.

An & quando Mulier ad æs alienum à marito contractum, teneatur vel non?

Statutum diſponens, Uxorem ad dimidietatem à marito teneri, an ſe extendat ad debita æris alieni ante nuptias contracta?

De Regula: ſubrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur.

Scientia alicuius rei quando noceat, & aliquem ſuſpectum reddat?

De ſocietate Coniugali.

Uxor obligans ſe unà cum Marito in uno eodemq; Inſtrumento, an & quando conveniri poſſit vel non?

FACTI SPECIES

INüt Anno 1592. cum virgine aureis dotata quingentis, matrimonium vir quidam obæratus, magnitudine tamen æris alieni, cui immerſum erat, quod unicum in bonis habebat prædium, maxima ex parte celata. Non diu pòſt colono viri pecuniam, cujus nomine non ſolum obligatum, verùm etiam in uſu ſu o habebat prædium illud, ab hac parte repetente, ab altera verò Domino directo (utile enim dominium ſolummodo apud virum illum etat) canonis propter multotum annorum moram, ad bonam ſummam adſcendentis ſolutionem urgente, nec non ab alia exurgentibus creditoribus aliis, conjuges hi Anno 1594. & 1595. aliisque inſequentibus, accipiunt inſtrumentis vulgaribus & ad uxores cum maritis ſe ſubſcribentes obligandas non ſatis aptis intervenientibus, ab adfine ſuo pecuniam ſub uſuris, illa in quantitate, ut acceptum tandem duo aureorum millia conficeret. Rebus in eo ſtatu conſtituns, ſupervenit ad extremum, anno videlicet ab inito matrimonio decimo octavo vel circiter mors viri, eamque inſecuta fuit illius adfinis ſolutionem dimidiæ partis ſui crediti à vidua relicta petentis judicialis exactio, fundamento in eo poſito, quod mulieres ad ſolutionem dimidiæ partis æris alieni ſtante mattimonio, à conjugibus contracti obligatæ eſſent creditoribus, vi ſtatutarii noſtri juris illa in Friſiæ hujus parte, in qua vidua hæc domicilium haberet, & cum marito defuncto habuiſſet, vigentis, re his verbis definita. *lib. 2. tittul. de pact. dotal fol. mihi 63. a.* Woer twe in echtſchap verſamelt ſind / vnd die hillickſvor worden hebben na Landrecht beſchreven / watt ſe dann thoſomen by erer beiden Levendt werven vnd gewinnen / is halff fordell. Vnd ſe ſoelen halff Schade vnd fortell tho gelike delen. Wannehr dann einer von den beiden ſterfett/ ſo make ein jeder ſin güde ſo wedderom als ide was: do ſe thoſamen quâmen: den oüerwinſt/ ſchade vnd fordell in Gelde / vhtgeldt deien ſe alle gelick.

Verùm ad illa, non negando hæc juris Statutarii verba, ſed pro ſe urgendo conventa Vidua excipit, non hoc ſolum illis conſtitutum, ut mulier ſit lucri & damni ſtante matrimonio accepti particeps, atque ita ſolutioni dimidiæ partis æris alieni ſubjecta, verum etiam hoc, ut utriuſque conjugis bona redigantur ad eum ſtatum, quem ante initum matrimonium babuerunt: & tum demum lucri & damni communicario ineatur. Jam verò viri ſui defuncti bona non veniſſe ad ſe & in matrimonium libera, ſed debito mille aureorum aliis obſtricta: Ad eum itaque primo redigenda ſtatum; Eo facto & tunc prædicti juris ſtatutarii norma negotio huic adpoſita, agnoſcendos primum, ex illo duorum millium aureotum debito ab hæreditibus mariti ſolis, mille aureos; in teliquo vero æquales illis eſſe ſubeundas ſecum exſolutionis partes, atque ita ab illis petendos aureos mille & quingentos; à ſe vidua verò aureos tantum quingentos: præſertim cum jus Civile intercesſiones mulierum pto viris improbaret, nec mulieres ad debita maritorum exſolvenda adſtringeret ullibi. Diſpoſitio etiam hæc juris ſtatutarii mulieres ad dimidii æris alieni ſtante matrimonio contracti ſolutionem obliganris, eſſet dotibus illatum inimica & à regulis juris communis aliena; ideoque odioſa nec explicatione extentenda, ſed potius reſtringenda, ut quam minimum à

dicto

5 † Et tertiò communis quidem eſt tra-
ditio Dd. quod in caſu ſtatuti vel pacti, vigore
cujus lucra & damna conjugalia dividuntur,
nihilomnius ſoluto matrimonio uxor, vel
ejus hæres abſtinere à lucris conſtante matri-
monio habitis, poſſit: quo caſu nec habere
partem lucrorum, nec teneri, ad debita con-
ſtante matrimonio contracta Ioh. Lopez. *de
lucr. mariti & uxoris. cap. 7. alias §. 63. ſub nu-
mer.* 2. quod idem repetiuit *cap.* 10. *num* 3.

Ut & Paulus Chriſtinæus *in deciſionib.*
6 *Curiæ Belgicæ vol. 1. dec. 206. num.* 13. tradit: †
quod etiam Mulier mortuo marito, teneatur
renunciare communioni conſuetudinariæ
mobilium & conquiſitorum, ſi evitare velit
onus æris alieni. Qui idem *d. vol. 1. dec. 209.*
7 *n. 5.* ita formaliter ſcribit: † cum nuptiis inter
Conjuges tanta ſocietas ineatur, ut omnis pe-
cuniæ, ſupellectilis ac denique omnium mo-
bilium, & totius æris alieni ſit inter eos com-
munio, ac proinde ea, quæ conſtante matri-
monio prædia emuntur vel comparantur,
utrique communiter acquirantur; ac inſu-
per prædiorum, quæ ab altero afferuntur,
communis ac promiſcuus ſit fructus & uſus,
& proindè ſoluto matrimonio, illa bona at-
que debita dividantur æqualiter inter ſuper-
ſtitem & defuncti hæredes: nihilomnius ali-
quandò mulieri ſuperſtiti permiſſum eſſe,
onus debitorum, mariti arbitrio contracto-
rum, & quæ ob poteſtatem ejuſdem, cui ſub-
dita fuit impedire non potuit, effugere: re-
nunciando ſc. certo ritu, abjectionis putà
8 clavium, vel ſimili, commodis ſocietatis.

† Et parilis eſt conſuetudo in Branden-
burgenſi Marchionatu, ubi ſuperſtes de om-
9 nibus bonis dimidium lucratur, Scheplitz *ad
conſuet. Brand. p. 3. tit. 2. §. 1. & 3.* † & tamen di-
10 cit: licitum eſſe uxori dimidium recuſare, &
à ſolutione æris alicubi abſtinere. Idemque
in Hiſpania obſervari, notat Garſias *de acqu.
11 coniug. num. 155.*

† Veruntamen & hæcce conſideratio
propter modò dictum Statutum, ibi, ſo ein
Mann ofte Frowe. attendi hic non debet,
præſertim cum rubrica concepta ſit von pen-
ning Schuld / & ita tradat expreſſè, quomo-
do & à quo debita Conjugalia ſint exſolven-
da, non quomodo acquæſta & damna inter
viduam & defuncti mariti hæredes veniant
dividenda.

12 † Quartò certum etiam eſt, quod vale-
ant ejuſmodi ſtatuta, quibus Uxor ad debita
mariti obligatur, aut vigore cujus mulier pro
marito tenetur, Andr. Rauchbar. *libro primo
pract. quæſt. 36. num. 12. &c.* Mynſ. *1. obſ. 29.*
13 Gail. *2. obſ. 84. numer. 11.* ubi dicunt, † in cau-
ſis eorum, ubi ſtatutum eſt, quod uxor pro
marito obligetur, non attendi Jus commu-
ne, *ne uxor pro marito*, nec etiam privilegium
dotis, ſed judicati, quod uxor ſimul teneatur
ſolvere debita cum marito, etiamſi per ſe ſo-
la non contraxerit; & ita judicatum fuiſſe ad-
dunt, † Valereque ſtatutum, quod uxor te- 14
neatur pro marito, atteſtatur etiam Chaſſa-
næ. *ad conſuet. Burg. rubr. 4. §. 10. verb. contre
la femme.* Et ſic in ſimili aliquoties judica-
tum fuiſſe in ſupremo Mechlinienſi Senatu,
memorat Chriſtinæ. *3. dec. 17. num 2.*

† Et talia ſtatuta in Hollandia & Belgio 15
inprimis, ac quidem propter mercaturam
ſunt recepta, cum enim frequentius merca-
torum res familiares ad opes immenſiſſimas
excreviſſent, eique incremento mulieres, uti
Divini & humani Juris ſociæ, non modo ſor-
tis partem alteram contuliſſent: ſed & fide-
liſſimam operam, & ſæpè etiam induſtriam
adhibuiſſent, & tamen nihil præter reſtitu-
tionem dotis exſpectarent, vel (ut mercaturæ
alea ſemper eſt dubia) ſi mariti facultatibus
laberentur, dotium etiam jacturam facerent:
ex uſu ſuo eſſe putarunt, ſi communem cum
maritis in omnibus ſequerentur fortunam,
ut tradit Cornel. Neoſtadius *de pact. antenu-
ptial. obſ. 9.*

† Quinto per ejuſmodi ſtatutum ge- 16
neralis quædam quaſi ſocietas inter conjuges
contracta eſſe videtur. arg. *l. 1. ff. rer. amot. l.
ſi rer. 52 ff. de re jud.* quæ legalis dici poteſt.

† Adeò, ut nonnulli tradant quod uni- 17
verſalis illa bonorum, ætisque alieni com-
munio ſemel contracta, etiam retrò efficiat
conjuges pro ſemiſſe correos in omnibus an-
te matrimonium contractis: quod ſc. gene-
rali ſocietate ſimpliciter contracta, ſocii
æquales eſſe debeant in lucro & damno, *in pr.
Inſtitut. de ſociet. l. ſi non fuerunt. 27. ff. eodem*
† Quare cùm uxor in partem bonorum ma- 18
riti veniat, æquum viciſſim eſſe, ut onus æris
alieni, quo maritus ante nuptias tenebatur,
pro ſemiſſe ſubeat, *l. omne æs alienum 27. ff. pro
ſo. cio.* † Et cum crediti ſit particeps, etiam de- 19
biti eſſe debere, juxta lucri & damni propor-
tionem, ut vult Chaſſanæ, *ad conſuetud. Burg.
rubr. 4. §. 9. ad verb. d. touts. debtes. num.* 8. † 20
Ita ut optio detur Creditoribus, utrum con-
tra obligati hæredem in ſolidum, an contra
ſuperſtitem correum pro parte altera experiri
velint, Chaſſanæ. *ibid. §. 11. in text. & ad.
verb. contre la femme. num. 2.* † Competere 21
enim adverſus hunc condictionem ex lege,
hoc eſt, conſuetudine, quæ lex non ſcripta di-
tur, ut aſſerit Chaſſ. *d. §. 11. ad verb. pour la
moitie de la debte.*

† Sed hiſce non obſtantibus, omninò 22
concludendum eſſe putamus. conventam Vi-
duam non teneri ad æs alienum, quod qui-
dem conſtante matrimonio contractum, ſed
tamen non inſcio creditore ad exſolvenda
debita vetuſtiora, & quibus maritus ante nu-
ptias obſtrictus erat, converſum fuit.

† Primò enim expeditum eſt, uxorem 23
de jure civili pro marito planè non teneri,
nec etiam nomine debitorum conſtante ma-

24 trimonio contractorum. † Licet etenim in
matrimonio ſocietatis oomen etiam leges ci-
viles uſurpent, ea ipſa tamen ſocietas tantùm
eſt vitæ, ac ab illa altera propriè ita dicta non
25 parum differt: † in vera enim ſocietate, mu-
tua eſt obligatio, ita ut ex rebus communiter
geſtis ſocii pariter teneantur. † Scripto autẽ
26 jure, conjugum alter pro alterò non tenetur,
l. ob maritorum. C. ne uxor pro marito l. 1. C. ad L. Iul. de vi publ. pulchrè Bronch. *miſcell. controv. cent. 1. aſſert. 95. verſ. poſtremò.*

27 † Et ideò uxor pro marito ſolvere non
eſt obſtricta, ut nec pro debito communi u-
triusque conjugis teneatur, quamvis item ma-
ritus debitum in causâ alimentorum contra-
xiſſet, Joh. Baptiſta Coſta, *tract. de rata. q. 126. ſub n. 14.* Coler. *de proceſſ. execut. part. 2. cap. 3. num. 262.*

28 † Sic & quamvis uxor partem debiti
pro marito ſolverit, non tamen cenſetur ac
reſiduum obligaſſe, *l. fin. C. ne uxor pro marito.* Hartm. *de debitore obſ. 4.*

29 † Secundò non tenetur vidua vigore
Friſii ſtatuti, illud enim, ibi: ſo ein Mann offte
Frowe. expreſsè differentiam conſtituit inter
debita ante nuptialem ſolennitatem, & du-
rante matrimonio contracta, & neutrum ex
cõjugibus adſtringit ad debita illa vetuſtiora.

30 † Quamvis a. nos hîc verſemur in caſu
mutui, demùm poſt nuptias contracti; in facto
tamen præſupponimus mille aureos, & qui-
dem conſcio creditore, ad mariti prius æs a-
lienum inſumptum fuiſſe, indeque dijudicari
debet ut æs alienum, ante nuptias exiſtens.

31 † Subrogatum n. regulariter ſapit natu-
ram ejus, in cujus locum ſubrogatur, pleniſſi-
32 mè Dec. *conſ. 43. n. 14. & ſeq. lib. 3.* † Et ſive per-
ſona perſonæ, ſive actio actioni, ſive rei ſub-
rogetur, ea aſſumit naturam illius, cujus loco
33 ſubrogatio eſt facta. Anchar. *conſ. 110. in pr.* †
quia quando una actio transfunditur in ali-
am, dicitur extincta, ut eo nomine exerceri
non poſſit; tamen illa, in quam fit transfuſio,
dicitur ſubrogata, & repræſentat transfuſam
in tantum, quod dicatur adhuc eſſe in rerum
34 natura. Caſtr. *conſ. 164. n. 3. lib. 2.* † Eò quod
cuaſatum regulatur ſecundum naturam cau-
ſæ cauſantis. Bald. *conſ. 84. lib. 4. & conſ. 150. in fin. lib. 5.*

35 † Hinc licet tutor non poſſit hypothe-
care bona pupilli, ſine judicis decreto, ſi ta-
men accipit mutuo, ut ſolvat priori creditori
habenti bona pupilli legitimè hypothecata,
tunc tutor ſine decreto poteſt hypothecare
pro mutuo, quaſi ſubrogetur mutuum loco
prioris, cui ſolvitur, *l. ſi pupillorum §. fin. ff. de reb. eor.* Crot. *conſ. 123. num. 11. lib. 1.*

36 † Imò dicit Socinus per illum text. *in l. filia §. Titia. de condit. & demonſtr.* quod ſub-
rogata res cenſeatur eadem cum ea, in cujus
locum ſubrogatur: ut in re permutata cum re
ſubjecta fideicommiſſo, quod efficiatur, fi-
deicommiſſaria, dicit text. *in l. Imperatores. §. fin. de leg. 2. gloſſ. in l. in fideicommiſſi. §. nonnunquam. ver. ſuperfit. de uſur.* Pariſ. *conſil. 55. num. 67. vol. 3.* † Prout etiam de re accepta in per- 37
mutatione fundi dotalis, ut loco ejus ſubro-
getur, & efficiatur dotalis, dicit Afflict. *deciſ. 336.* Cephal. *conſil. 615. num. 1. & ſucceſſivè.*

† Nec dici poteſt, diverſitatem adeſſe 38
in ſurrogato, aut debitum poſterius non par-
ticipare de omnibus qualitatibus prioris &
creditorem noſtro in caſu utriuſque conju-
gis fidem eſſe ſecutum. † Reſpondetur nam- 39
que, fraude non carere factum illud, mediante
quo maritus & creditor efficiunt, ut uxor, quæ
vigore ſtatuti ad debiti alicuius exſolutionem
non eſt obſtricta, ex ſua promiſſione tenea-
tur. Et ſcientia creditoris, ejusmodi in caſu,
omninò ei nocere videtur.

† Sic ſecundus emptor, qui primo ha- 40
buit poſſeſſionem rei venditæ, & præfertur
primo emptori, perdit privilegium, ſi ſcienter
emit, poſtquam ſciebat primam venditio-
nem, Jaſon. *in l. quoties numer. 26. verſ. nono C. de rei vindic.* † Et ſic actio perſonalis in ſub- 41
ſidium datur contra rem & tertium poſſeſſo-
rem propter ſcientiam.

† Scientia item ſola inducit fraudem,
quando fit id, quod fieri non debuit, Pariſ. 42
conſ. 11. num. 108. lib. 1. † Et inde non refert, an
quis adhibeat metum, an verò ſciat ab alio 43
adhiberi, *l. non intereſt. quod met. cauſ.* † Et pa- 44
rem committit ſimoniam is, qui pro benefi-
cio ſibi collato dat pecuniam, vel ſcit ab alio
pari eadem ratione. Bald. *in d. l. non intereſt.*

† Actio etiam, quæ non competit con- 45
tra tertium cedentem ſimulatè, quoad perſo-
nam in caſu licito, benè competit, ſi ipſe ſcivit
perſonam ſuppoſitam eſſe. Franc. Marc *deciſ. Delph. 46. in pr. lib. 1.*

† Solvens item creditori ſuo, poſtquam 46
ceſſit alteri creditum, non liberatur, ſi ſciebat
ceſſionem alteri factam, ſecundum commu-
nem, de qua Roman. *conſ. 102. ubi apoſt. in v. fore.*

† Et talibus in caſibus ajunt, etiam præ- 47
ſumptam ſcientiam ſufficere, Roman. *d. conſil. 102.*

† Pariter emens ab eo, qui per tertium 48
metu compellitur vendere, ſi ſciat metum ad-
hibitum, nihil acquirit, ſecus ſi ignorat. Ia-
ſon. *in rubr. C. ſi quis aliquem teſt. prob.* Cravetta
conſ. 253. num. 6. ubi declarat.

† Et contrahens cum fallito, quem ſcit 49
talem, non poteſt eum ſuſpectum allegare,
ex quo ſcivit, ſecus ſi ignoravit, Angel. *in l. qui bona. §. de illo. ff. de damn. infect.* Roman.
conſil. 343. in fin. Dec. *conſil. 445. numer. 35.*
Natt. *conſil. 161. num. 23. & conſil. 225. numer. 5.*
Caſtrenſ. *conſil. 94. lib. 2.* & Gratus *conſil. 91.*
num. 29. & ſeqq. lib. 1. qui arguunt, † quod 50
ſcientia præſumatur ex eo, quod contrahens
cum alio ſolet & debet ſe informare, & con-

ſequen-

ſequenter ſcire qualitates rei, de qua vult fa-
cere contractum.

51 † Tertio ſuccurrit huic noſtræ ſenten-
tiæ pariter & illud, quod æquitas, & ita etiam
intentio ejuſmodi ſtatutorum, quæ volunt, ut
Mulier pro Marito teneatur, in eo conſiſtit,
quod quædam ſocietas inter maritum, &
quidem non omnium bonorum, ſeu univer-
ſalis ſed generalis ratione acquæſtus contra-
cta videtur, ut expreſsè tradit Chriſtinæ. *vol.
1. dec. 206. num. 7.*

52 † Ac in caſu ſtatuti, vigore cujus me-
dietas bonorum ad utrumque Conjugem ſpe-
ctat, ita loquitur Lodov. Molin. *tract. 2. diſp.*
53 *422. num. 5.* † Item ſi aliquis Conjugum, qui
eo modo contraxere, aliquid debebat alicui,
quando ita celebratum fuit matrimonium,
ejuſmodi debita non ſunt communia utrique
Conjugi, ſed is ſolus ea ſolvere tenetur, qui
debitor illorum erat, idque de bonis, quæ
adduxit, & de medietate lucrorum, quæ con-
ſtante matrimonio fuerint acquiſita, & ad ip-
ſum attinuerint: atque in his ſolum bonis
fieri executio poteſt.

54 † Ut & in terminis noſtris ſcribit præ-
clariſſimus IC. Georg Everhardi *vol. 1. conſil.
63. num. 21.* † quod nempe ſtatutum ſanci-
ens, ut omne æs alienum Conjugum de com-
muni ſit ſolvendum, verum eſſe, quoad de-
bita contracta durante ſocietate, & cauſa illi-
us ſocietatis. Indeque pecuniam debitam
ex transactione facta poſt communionem
bonorum, non ex cauſa iſtius ſocietatis, ſed
alterius de præterito, non de communibus
bonis ſolvi debere.

55 † Notandum inſuper eſt, ut Neoſtadi-
us ſcribit *de pactu antenuptialibus obſerv. 12.*
quod Francicis, Burgundicisque moribus et-
iam pro debito ante matrimonium contra-
cto, electio Creditori detur, malitne contra
ejus, quo cum contraxit, ſucceſſorem ex aſſe,
an contra conjugem etiam alterum pro ſe-
56 miſſe experiri. † Qualia ſtatuta omni ſine
remedio ad quæcunque debita uxorem ad-
ſtringunt, ſive ante ſive poſt nuptias contra-
cta. Statutum verò noſtrum præſens inno-
dat uxorem tantum reſpectu eorum debito-
rum, quæ conſtante matrimonio fuerunt
contracta.

Sicque apparet, quod & antea diximus,
non adverſari his in caſu ſocietatis univer-
ſalis ſive omnium bonorum, ſed tantum ſo-
cietatis generalis, ratione acquæſtus.

57 † Ejus verò ſocietatis hæc eſt natura,
quod æs alienum non veniat in rationem ſo-
cietatis, niſi ſtante ſocietate, & rem ſocieta-
tis contractum. *l. ſed nec æs alienum & l. iure
ſocietatis ff. pro ſoc.*

58 † Tuncque Creditor, probare debet,
rem creditam verſam eſſe in uſum, utilita-
temque ſocii, qui convenitur, Cravett. *conſ.
139. n. 12.* Chriſtinæ. *volum. 1. deciſ. 208. n. 11.*

† Sic & Cardinalis Mantica *de tacitis* 59
& ambig. convention. lib. 6. tit. 22. ita diſtin-
guit, quod ſocius omnium bonorū jure ſocie-
tatis ære alieno obligetur, etiamſi in commu-
nem arcam pecuniæ non fuerint verſæ; Ve-
rùm ſi ſocietas ſit ſingularis, vel ſimpliciter
contracta (qualis eſt inter Conjuges vigore
hujus ſtatuti, ut jam ſupra evictum fuit)
tunc ſocius jure ſocietatis ita demum ære
alieno obligetur, ſi ex cauſa ſocietatis ſit
contractum, & in communem utilitatem pe-
cuniæ fuerint converſæ. † Quod & placet 60
Ant. Fab. *lib. 4. Cod. tit. 27. defin. 1.* qui idem
definit. 7. ait, in ſocietate quantumvis uni-
verſali non communicari dotes, ſed tantum
dotium fructus.

Aſſenſum præbet Joſephus Ludovicus
concluſ. 53. num. 160. ubi ait, † quod alter ſo- 61
cius teneatur ad debita facta ex cauſa ſocieta-
tis, & communi utilitate, & debita eſſent ne-
ceſſaria.

Ultimò, † nec etiam vigore Inſtru- 62
mentorum, quibus vidua unà cum marito ſe-
ſe obligavit, ea conveniri poteſt: cum ut præ-
ſupponitur, non intervenerint ſolennitates,
quæ hoc in caſu de jure communi neceſſariæ
reputantur.

† Conſtat enim, ſervari hodie uxorem 63
ipſo jure illæſam, quamvis ſeſe cum viro ob-
liget, per novam Juſtiniani conſtitutionem,
§. illud. Novell. 135. unde exſcripta eſt vulgatiſ-
ſima *auth. ſi qua mulier. ad SC. Velleian.*

† Quodque Uxoris obligatio unâ cum 64
marito eodem in Inſtrumento facta, ineffi-
cax ſit, niſi probetur, pecuniam in ejuſdem
utilitatem eſſe verſam, late probat Grævæus
lib. 2. Concluſ. 89.

† Nec hac in parte Iuri communi re- 65
fragatur Friſiæ Statutum: quamvis enim il-
lud velit, quod debita conſtante matrimonio
contracta, communia eſſe debeant; non ta-
men uxorem adſtringit ad exſolutionem eo-
rum debitorum, quæ antè matrimonium
contracta fuerunt. Nec etiam ſancit, quod
uxor abſque ſolennitatibus de Iure commu-
ni requiſitis, innodare ſe queat debitis illis,
quæ nuptiis ſuis vetuſtiora cooperiuntur,
aut quæ jure ſocietatis exſolvere non tene-
tur. † Maximè cùm expeditum ſit, quod ſta- 66
tuta exorbitantia à jure communi, ſtrictioris
ſint interpretationis, ſicque debeant intel-
ligi, ut quàm minimum recedant à Iure
communi.

† Et ita Ludovicus Molina *tractat. 2. de* 67
Iuſt. & iure. diſputat. 422. num. 9. ſcribit, et-
iam in caſu, ubi debita inter Conjuges ſunt
communia, non tamen marito alienanti do-
talia bona conſentire poſſe, niſi coram Iu-
dice compareret, viroque abſente, ſub jure-
jurando interrogaretur, an liberè conſen-
tiret.

Nunc verò ſecundam hancce deductionem, & haſce pro deciſione allatas rationes, per ſe corruere videntur, quæ ſupta in contrarium adducta fuerunt.

